



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

129. Petrus bona fide rem emit â latrone, quam postea, durante bona fide, vendidit Ioanni, & deinde cognoscit rem illam esse alienam, quæritur, an licite possit sibi pretium retinere, & non ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

RESOL. CXXVIII.

Qui emit rem aliquam bona fide, & postea dubitat rem esse alienam, nec veritas opposita debita diligentia facta fieri potest quare sit an qui illam vendidit, teneatur paratum esse ad illum pretium quo vendidit restituendum Domino, quoties comparuerit?

Clarum est, quod qui rem per viam emptionis, seu permutationis, etiam bona fide de manu latronis accepit, sed deinde incipit dubitare probabiliter, quod sit furctiva, si facta diligentia debita sit dubius, potest illam rata conscientia retinere. Ita Valquez in p. 2. q. 1. §. 6. disp. 66. c. 7. m. 42. Salas in p. 2. q. 2. r. 8. disp. 1. §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. Molina in 3. p. 2. disp. 7. 2. 1. m. 4. Rebellius p. 1. lib. 2. q. 5. num. 10. Salou. 2. 1. q. 62. art. 6. cent. 4. concl. 4. Et non solum retinere, sed etiam vendere, dummodo emptori hanc conditionem exponat, ne postea domino comparente damnum emptori sequatur, & quia ratione huius vitij, res illa minus valet, quod si non admoerit, tenetur damnum sequutum restituere, vt tradunt Graffius de ac. p. 1. lib. 2. c. 1. §. 10. m. 5. Ledelma in sum. 10. 2. r. 8. c. 14. concl. 9. Rebellius ubi supra. m. 1. & p. 2. l. 9. q. 1. §. 1. m. 1. Vega in sum. 10. 1. c. 60. cas. 17. Bannez & Salouius, Lessius & Molina, ubi supra.

2. His positis, in quibus communiter Doctores conueniunt, dubium est, an qui rem ita vendidit, teneatur paratum esse pretium vero domino reddere, si constituerit rem esse furctiuam?

3. Affirmatiuam sententiam tenet Sayrus in Clau Regia. l. 2. r. 2. c. 4. m. 29. cuius ratio, ait, haec est. Nam si rem illam haberet, & apud se seruare vellent, eius animi esse oporteret, vt rem domino vero restitueret, si constituerit eius sit. Ergo etiam eam vendendo, & pretium pro ea recipiendo, parati animi esse debet, vt cognito vero domino pretium rei venditae domino restituat, cum pretium loco rei succedat. Haec ille, qui citat pro hac sententia Medina C. de reb. restit. q. 10. concl. 3. §. deo secundo. Couarr. in reg. pec. curandae reg. iur. lib. 1. p. 2. §. 1. m. 4. & Salouius ubi supra.

4. Sed haec opinio merito reiecitur a Sanchez in Decalog. lib. 2. c. 3. m. 187. quia solum est vera, & admittebatur, quando ex pretio vendens locupletior efficit, in hac aliorum possessorum bona fidei, ex quibus ipse quoque iam est. Nec ratio contraria intentum probat: quia si res illa exaret, teneretur possessor ratione rei acceptae illam integre restituere; ac re vendita non tenetur ratione rei acceptae, nisi quatenus locupletior factus. Ex his negatiue respondendum est ad dubitationem supra positam.

RESOL. CXXIX.

Rem bona fide rem emit a latrone, quam postea durante bona fide, ver. didit loanni, & deinde cognoscit rem illam esse alienam; quaeritur, an licite possit sibi pretium retinere, & non rescindere contractum cum loanne, dummodo rem illam vendiderit eo pretio quo emerit? Ex p. 1. tr. 8. Ref. 68.

1. Tenetur restituere pretium, & rescindere contractum, docet Bonas. de contract. disp. 1. q. 4.

punct. 2. n. 5. & praeter DD. quos ipse citat, tenet etiam hanc opinionem Turrian. in 2. 2. tom. 2. di. p. 1. 3. dub. 2. m. 12. Malderus etiam in 2. 2. tract. 4. cap. 3. dub. 3. & Bartholomaeus a S. Faustio in speculo Confess. disput. 4. quest. 22. num. 5. Et ratio est: quia, qui vitium, verbi gratia, vendit pro gemma, aut soluit, seu permutat falsum autum cum vero, debet secundum conscientiam contractum dissoluere: ergo pariter teneatur, si vendat rem alienam, putans esse suam, debet contractum ditimere, quando postea nouerit, rem illam esse alienam.

2. Sed contrariam sententiam sustinet Nauarrus in Manuali. c. 17. n. 8. Philarchus de officio Sacerd. 10. 2. p. 2. lib. 6. c. 18. verb. Alterum, in quo. Ludouicus Lopez in instrum. part. 1. c. 9. ad finem, & lib. 1. de conti. act. c. 3. ver. Inter tam dubias. Pitigianus in 4. sen. ent. part. 2. distinct. 15. q. 2. a. 1. qui citat Angelum, Syluestrum, Caictanum, & Couarruuiam. Nam venditor in tali casu non tenetur restituere ratione acceptationis iniqua, quia bona fide emit a latrone, nec tenetur ratione rei acceptae; quia iam non habet illam apud se, nec in ea factus est ditior, vt supponimus. Ergo, & c.

3. Dies, tenetur, quia apud se habet partem rei alienae, quod loco illius succedit. Respondeo cum Rebellio de oblig. iust. p. 2. lib. 6. q. 18. §. 1. n. 11. quod si pretium bona fide a venditore est consumptum, nec inde ditior effectus est; certum est apud omnes, venditorem non teneri ad illam restitutionem. Vel secundo respondeo cum Sanchez in sum. 10. 1. lib. 1. c. 23. n. 25. pretium succedere loco rei, non esse verum, vniuersaliter: id enim in solis vniuersalibus iudiciis verum habetur, cuiusmodi sunt, haereditas, fideicommissum vniuersale, dos, & c.

4. Dicendum est igitur, talem venditorem teneri solum in foro conscientiae ad cedendum suo emptori actionem de euictione, quam habet aduersus eum, a quo bona fide emit: quia in ea sola factus est locupletior. Hanc opinionem puto esse probabilem, & sic illam vocant Sayrus in clau. regia, lib. 10. tract. 2. c. 2. n. 13. & Gregor. de Valentia tom. 3. di. p. 5. q. 6. cum l. 3. & Bonac. ubi supra, contrariam sententiam vocant tantum probabiliorum.

5. Ad argumentum in principio positum respondeo Nauarrus, assignando disparitatem rationis: quoniam, qui dedit falsum autum, dedit rem intrinsece defectuosam, non tamen qui dedit rem alienam. Et si dicas, parum referre, si tunc vitium intrinsecum, seu extrinsecum, quando reuera tale est, ob quod emptor merito sit iniuitus, reddatque contractum inuoluntarium, tunc enim emptio est inuoluta, ac proinde rescindenda, si velit emptor, reddito pretio. At huic quoque argumento occurrit Nauarrus dicens, emptori tunc istum venditorem facere satis, si cedat ei (vt diximus) actionem de euictione contra primum illius rei alienae venditorem, iuxta leg. in creditore ff. de euict.

RESOL. CXXX.

An vendens bona fide rem alienam eodem pretio, quo emerit, teneatur pretium vero Domino restituere? Ex p. 3. tract. 5. & Mis. 1. Ref. 41.

1. Affirmatiue respondent Valq. in par. 2. q. 96. Sup. hoc supra. de p. 1. 72. c. 2. m. 4. Ledelma in sum. 10. 2. tract. 8. c. 15. nos. 4. concl. dub. 2. Sayrus in clau. Regia lib. 10. r. 2. c. 2. n. 13. Bannez & Aragon. in 2. 2. q. 62. art. 6. dub. 1. & alij. Ratio est, quia pretium succedit loco rei l. si rem. ff. de per hered. Ergo tale pretium est alienum, sicut & ipsa res, vnde tenetur id restituere ratione rei acceptae, vt rem alienam apud se haberet. Haec opinio est probabilis.

Q. 4 2. Sed

Vertical text on the right edge of the page, likely bleed-through from the reverse side, including words like 'RESOL. CXXX.' and 'RESOL. CXXVIII.'